BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
69
5 D
24

M

4-4-A-11

IV
2
C

4-9-4

BAPTISTAE CASALII IN LE-
GEM AGRARIAM PRO COM
MVNI VTILITATE, ET EC-
CLESIASTICA LIBER-
TATE TVENDA, AD
CLEMENTEM VII.
PONT. MAX.
ORATIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REVEREN. IN CHRISTO PATRI & D.D.Ioanni Matthæo Giberto Epiſcopo Veroneñ. & Datario digniſſimo &c.Baptiſta Caſalius Salutem.

SCITVM eſt Plautinum illud Giberte, uiam qui neſcit qua deueniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem ſibi. Quamobrem quando peſtilentiæ uis iampridem antea omnibus aditum ad Clementem interclusit, quem nam aliū mihi præter te unum ducē quæram, qui in partem ei curarum tanq̃ Hercules Atlanti ſuccedis, leuaſq; laborãtem? Cui hãc ipſam tantam, quã tu tua tibi fide, induſtria, ſtudio, uirtute peperiſti fortunã, ut uel ipſi ſummi reges in te ornando certent, & Clemens Pontificum tam optimus, q̃ maximus nunq̃ ſibi ipſi cumulãdis in te officiis ſatiſfaciat, ſtabilē fore ac diuturnã opto & uolo. Digna res quæ a te potiſſimū ſuſcipiatur tanto iuſtitiæ Patrono. Ingens enim cupido me oppugnãdæ legis agrariæ inceſſit, qua per ſimulatiōnē probitatis publicū quoddam latrocinium inſtituitur. Tu igitur, quæ tua eſt benignitas fouebis noſtrum hunc qualēcunq; tuo auſpicio ſuſceptū deſudatūq; laborē. Qui & ſi nulla alia re nimirū tamen uel ipſo argumento uel patrocinio tuo ſubſiſtet, & una opera Clementem a calumnia, populum a fame, eccleſias ab interitu uindicabis. Ego uero ſatis egregie me operã nauaſſe intelligam, ſi a te probari ſtudiū meū perſpexero, & me amabis, quod feciſti antehac. V A L E.

Baptiſtæ Caſalii in legem agrariam pro communi utilitate, & eccleſiaſtica libertate tuenda, ad Clementem.vii. Pont. Max. Oratio.

NISI me tua illa explorata mihi & cognita clementia B. P. quam & in minore tua fortuna præ te ſemper tuliſti, & poſtq̃ ſummam rerum es aſſecutus, aſſumpto Clementis nomine, quaſi ſignum aliquod clementiæ ſuſtuliſti, ſummam in ſpem adduxiſſet benignitatis & Iuſtitiæ tuæ, totum hunc defenſionis laborem dimiſiſſem, tacituſq; mecum & populi calamitatem & eccleſiaſticæ libertatis ruinam conquererer, ac deplorarem. Cū uero tu ſemper acerrimū pauperū patronū, inuictiſſimumq; iuſtitiæ ducē egeris, non modo nihil me aratorū, publicanorūq; auiditas & uanitas impudentiſſime apud te mentita, ſed ne ipſa quidē lex Agraria horū ſuaſu atq; impulſu promulgata deterruit,

quo minus te moneam, ut horum fallaciis circũuentum, horter ut iudicem, obſecrem ut communem parentem, obteſter ut numen, ne populi labores paucorum auiditati obiicias, neue rem eccleſiaſticam tuæ traditam & commiſſam fidei, horum auaritiæ patere & cupiditati ſinas. qui ſemper quidem ante hac eccleſiarum bonis, ut prædæ inhiarunt, quos haſtenus nullus uel æqui honos, uel boni reuerentia, ſed & legum metus, & Principum uigilantia, rerumq; diuinarum cuſtodia retardauit. Nunc uero neſcio qua impudentia atq; audacia ducti ſperare potuerint, te tanto iuſticiæ duce, acerrimoq; eccleſiaſticæ libertatis aſſertore uti poſſe ad iniuſtitiam, opprimendamq; libertatem authore. An non id genus hominum perdita impudentia, ac profligatiſſima audacia præditũ dicam: qui cum aut luxu & ignauia, aut alea & ambitu: auita bona (auita inquam non a ſe quæſita bona) dilapidarint, legem agrariam clamitent, ſeſe populares faciant, annonæ caritatem deteſtẽtur, ubertatem polliceantur, ut ea occaſione populum exhauriant, prædia eccleſiæ inuadant: caritatem annonæ: rerumq; omnium inducant: perdantq; omnia? Quod quid nã obſecro aliud dicam eſſe: q̃ ſæuiſſimam intollerandamq; tyrannidẽ? Et eam quidem ideo acerbiorem: q tibi etiam ipſi offundere ob oculos denſiſſimas tenebras parant: ſperantq; ſe poſſe tantam auiditatem, improbitatemq; pietate obtegere: ac uelare clementia: ut te tanti ſceleris authorem, ducemq; habeant: ac nocentem faciant: ne cogitantem quidem? Ea igitur res in iudicium uenit. B.P. quam neq; tu per tuam clementiam aſpernari: neq; per iuſtitiam non fouere ac cognoſcere debeas: ne populum ipſum: hoc eſt gregem tuum lupi rapaces inuadant: paſcanturq; innocentium labore & ſanguine: neue eccleſiam tuam hoſtibus lacerandam dedas: & cuius arcentur ſacris: eam diripere impune: te potiſſimum authore: ac uolente poſſint. Nihil eſt enim hac lege aliud excogitatum: meditatum: ſuſceptum: q̃ ut eccleſiaſtica libertas opprimatur: ut ea quæ populo oſtentatur frugum ubertas: rerum omnium inopiam atq; egeſtatem pariat: & omnium fortunas exhauriat: ut paucorum opes augeantur: tum ut regnum: tyranniſq; in libera ciuitate conſtituatur. Quæ dum paucis expediã: & ut una opera populi dicam: & eccleſiaſticæ libertatis cauſam: quæſo: obteſtorq;: ut me benigne audire ac patienter uelis.

LEGEM AGRARIAM MAGNIS SEMPER contentionibus, magnoq; Reipu. malo, ac pernicie agitatam, aut fœneratorum impotentia & crudelitas, aut turbulentiſſimorum ciuium amb.tio, & auaritia, aut populi la/borantis fames expreſſit, cũ partos populi labore ac ſanguine agros, inexplebilis diuitum auaritia occuparet, & qui patres minorum gen/tium dicebantur, ſæuiſſimos agerent tyrannos, Plebs uero ipſa fame enecta, uictum quæritando, uix: ægreq; uitam infælicem traheret. Hinc in ſacrum montem ſeceſſio, ac pene infinitum inter patres: plebemq; odiũ, donec Gracchos pari prudentia & nobilitate, miſeratos populi clamitatem, aſſertores pauperum, ut proditores libertatis, deſertoreſq; patriæ crudeliſſime necandos, trucidandoſq; cenſuerunt. Inerat tamen in tanta: tamq; immani potentiorum crudelitate ali/qua æqui: honeſtiq; facies: ꝙ agri quos per manus a maioribus tradi/tos, & hæreditario iure, multos iam annos poſſederant, diuidi ſine iniuria poſſe non uidebantur. At noua iſtæc aratorum: publicanorũq; religio, & egregia pietas, amorq; popularis, quod nam habet ſi nõ æqui, at ſaltem imaginarii cuiuſpiam iuris: honeſtiq; ueſtigiũ, ut nũc potiſſimum legem Agrariam ferant, qua ſacra, profanaq; omnia per miſceant? cum his annis uiginti Dei Optimi Max. benignitate ac prouidentia, tanta terræ ubertas, tanta frugum copia extiterit, ut ſinguli frumenti modii ſingulis nummis aureis, aut non multo pluris, inter/dum etiam minoris uenierint, nunc inquam legem Agrariam fe/rant, cum ſuperioris anni ingens prouentus fuerit, præſens uero pro/mittat multo maiorem: quaſi terra etiam ipſa. B. P. tuo Pontificatu lætetur, maioremq; in modum geſtiat, & laxiore q̃ unquam antea per hoſce annos ſinu, munus polliceri ſuum uideatur. Sed forte quã quærebant: e re nata illis ferendæ legis occaſio eſt. Nam dum comi/tia Pontificia longius traherentur, eſſetq; quorundam frumentario/rum negociatorum fraude magna frugum uis hinc aſportata, exté/plo miſericordes ac populares homines oblatam ſibi diu expetitam prædæ oportunitatem arripuerunt, Frumenta condunt, augent pretia, multum quotidie habent de re frumentaria ſermonem, in Senatum ueniunt, concilium indici, ac populum citari iubent, hoc eſt, aratores, negociatoreſq; frumentarios, & eos omnes qui emendis, di/ſtrahendiſq; frugibus, populi ſanguinem emungunt, coeunt pro po/pulo omnes, & populi & eccleſiarum hoſtes. Ibi cauſam annonæ inueſtigandam, occurrendumq; huic malo q̃ primum cenſent. Tum Iulianus Lenus homo ſane diſertus ac popularis, & in re frumenta/ria diu multumq; exercitatus, diligens monopoliorum inſtitor, &

qui ab his dumtaxat libẽter abſtineat manum, quæ inuadere neque/
at, longa ſane ac luculẽta oratione deplorauit populi calamitatem,
iacturamq́ communem. coiſſe in hanc ciuitatem undiq́ ex tota Ita
lia pene infinitam multitudinem: dum belli late debacchantis incõ/
moda deuitat, arbitranturq́ ſibi perpetuum Romæ ſecuritatis, ac
tranquillitatis domicilium fore. ꝙ ſi hic fame moriendum ſit, malle
ſeſe hoſti ultro obiicere: q̃ fame contabeſcere, ac per cruciatum om/
nium ſæuiſſimum mori. hoc tantum, tamq́ nefarium ortum eſſe ex
preſbyterorum auaritia malum: qui agros permultos habent: adeo/
q́ magno conducendos: ut aratores admodum pauci reperiantur:
qui conducendorum prædiorum enormia precia ferre poſſint. ei
rei agrariam legem opponi oportere: qua res ruſtica magna ex par/
te longo interuallo intermiſſa reuocetur: liceatq́ cuicunq́: ubicun/
q́: quæcunq́ uelit arua: prædia: agros: fundos: prata etiam ipſa ingre
di: ſcindere: exarare: ſerere: pro cuiuſq́ delectu atq́ arbitrio: abigan/
tur uaccæ & cætera id genus animalia: quæ arua fere omnia depaſcũ
tur: homienes uero (facinus indignum) quorum cauſa facta ſunt om/
nia eſuriunt: Domini prohibere non poſſint: aut exigere quicq̃: niſi
meſſis tempore: uidelicet: Quintam: Septimam: Decimam omnia
ſint aratorum: non audiendas presbyterorum ignauiſſimorum ho/
minum quærelas: ne ſi his pareamus interim populus periclitetur.
Nunq̃ ſe ſua opinione deceptum: qui hæc longe antea fore prædixe
rit. Quæ quia antea facta non ſunt: cum debuerant: nunc tandem fa/
cienda eſſe cum oportet: actum eſſe: niſi agri colantur: opus eſſe ma
ture facto: niſi mature interire populũ malint. Ita excepta huius ora/
tio eſt: ac ſi eſſet ex oraculo quodam profecta, itum eſt ab omnibus
in hanc ſententiam & manibus & pedibus decerni agrariam legem
oportere. Cauſa quæ fuerit promulgandæ legis agrariæ uides. B. P.
quantum uero tegat malignitatis: res ipſa indicat. Nam cum hac oc/
caſione omnium fortunis inſidiaretur: parem etiam ad tantum faci/
nus impudẽtiam atq́ audaciam attulit. Te. n. ipſum adiit omnis pror
ſus fallaciæ: doliq́ ſecurum: fraudem fuco ac pigmentis quibuſdam
adornat: & quod erat ad euertẽdas populi & eccleſiarum opes tan/
q̃ machina quædam comparatum: ubertatem frugum: ociũ: ac ma/
ximum fortunarum incrementum allaturum mentitur. Tu uero
qui nihil mauis q̃ populum tuum & fortunatum: & egregie paſtum:
huius pietatem ac ſtudium commendas: das negocium conſcriben/
dæ legis duobus ex hoc ordine Patribus: quos & maxime popula/
res: & eccleſiaſticæ libertatis adſertores iudicaſti: Qui quidem & ſi
omni ope: fraudem propulſandã putauerunt: tamen nõ tam diligen/

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUELE ROMA

ter ſibi cauere potuerunt:quin Iuliani:aliorũq; ſui ſimiliũ ueſtigiis at
q; arte caperentur:quibus ſane irati eſſe cũ primis deberent: & ab his grauiſſimas pœnas repoſcere:a quibus idũcti deceptiq; ſunt: ac ſi ipſi iniuriam parare cuiq̃ uelle:& cõmunem calamitatẽ adamare uiderẽtur:nec factũ defendere:tanq̃ turpe ſit mutare conſiliũ. Nã emendare quod improbes:prudentis id quidẽ eſt:tueri uero quod plane perniciosum ſit:improbi ac maligni. Lex itaq; promulgatur. B. P. bona tua & uoluntate & fide:bona itidẽ patrum a te delectorũ: q̃ uero bona ſuaſorum authorũq; non facile dixerim. Quippe qui legis nomine:eccleſiarũ prædia ad prædam: populi labores ac bona ad rapinã: auiditatemq; paucorum:inſtar famelicorum luporum exponi arbitrentur. Sed tamen dum maxime ſtudent fraudem celare: tunc potiſſimum detegunt. Nam ipſimet legis authores legem anteq̃ ferretur: exlegem eſſe omnino iudicarunt:& iam inde a principio ſuo ipſorũ iudicio:ne expectarent tuum condemnarunt. ſiquidẽ in tenebris cõſcripſerunt paucis admodũ conſultis:& his potiſſimũ: quorũ res agebatur:uidelicet:aratoribus:publicanis: fœneratoribus: negotiatoribus, qui rei frumentariæ latrociniis:tanq̃ ignaui fuci ſemper populi laboribus ac fortunis inſidiantur:ignaris bonis omnibus: inconſultis patribus:non ſeruato trinundini interuallo:ut eſt in more, conſuetudineq; poſitum:nulla præconis denunciatione: clam populo: cuius maxime intererat:te etiam ipſo circunuẽto per fallaciã. B. P. ne fraudem agnoſceres: utpote qui nõ ignorarent te nolle quod a Iure, populiq; utilitate abhorreret:neq; admitti per te legem niſi per fraudẽ poſſe. Ex quo tametſi patet nullam eſſe legem, quæ fraude promulgata, ad rapinã inſtructa: ad infamiã etiã tuã comparata eſt: cum in eam opinionẽ rem adduxerint:ut hanc tu cupere uidearis, tamẽ cætera per multa huiuſce legis flagitia ac portẽta quæſo animaduerte. Primũ quidẽ affirmo atq; contendo legẽ cuius nullus uſus ſit niſi ad fraudẽ: minime neceſſariã: minimeq; latã, ratãq; eſſe oportere:quæ undiq; mendaciis ſcatet:atq; improbe mentitur. In primo enim capite egregii legis architecti ab impudentiſſimo mendacio exordiuntur:ut fidem reliquis faciant. Nam cum agriculturam plus dimidio q̃ eſſet annis ab hinc uiginti imminutam audacter profitentur: ac paulatim artem ipſam exoleſcere atq; interire: tum ideo frugũ inopiã inualeſcere:q̃ maxima camporũ ſpacia uaccarum paſcuis addicãtur. An non fuſtuariũ merentur? Nã quæ per hoſce annos uiginti: arua? quæ ſenticeta non exuſta? qui ſaltus: quæ nemora: luci: ſyluæ non exciſæ:non patefactæ: non exaratæ? Quot paludes exſiccatæ: quot montes, quot conualles, quot planicies aratro proſciſſæ, & excultæ,

quæ olim infames latrociniis atq; infeſtæ erant? Indicio ſunt ligna, quorũ uſus multo nũc eſt:q̃ maiorum noſtrorũ memoria difficilior, quippe quæ maiore cum labore, tum etiam ſumptu quærãtur, adeo ut iam exciſis fere omnibus infra uigeſimũ lapidem ſyluis traſmarina ligna hyemem leuent. Ad hæc Pontinæ paludes cultioni datæ (quas exſiccare Herculeus labor fuit, & earũ purgationẽ Leoni.x.referimus acceptam, qui poſt Corneliũ Cethegum Cõſulẽ primus tanq̃ Hydrã confecit) magnũ ac prope incredibile attulerunt annonæ momentum, ut auſim conſtantiſſime ac ueriſſime affirmare plus multo nũc decuplo terrarũ coli, q̃ his annis uigiti. Nã his ipſis annis uiginti, quæ non Regio Italiæ, quæ non Prouinciæ fame laborarunt? Frumenta uero in urbe Roma ſemper ad ubertatẽ ſuperfuerũt. Quid ita? Quia agriculturæ ratio aucta, quia ſyluæ exciſæ, paludes exſiccatæ, teſqua exculta, ſenticeta deleta, & quæ antea loca inuia erant, omnia reſerata, aperta, patefacta, peruia, exarata. At cum illa homines impudentiſſimi apud te mentiebãtur. B.P. non ignorabãt ſe impune mentiri apud te poſſe, qui curarũ maximarũ pondere preſſus, rei ruſticæ uacare nequiueris. Ideo neminẽ rei frumentariæ peritũ adhibuerunt, ne refelli, ne ue manifeſto in mendacio deprehendi poſſent. Ideo in tenebris legem conſcripſerunt, ne in luce malignitas ſpectaretur. Itaq; non uideo quo modo res ruſtica imminuta, nõ uideo quomodo ars agraria ad interitum ſpectet. Nã ſi tantũ agrorum, tantũq; terrarum, ſyluarũ, montium, conualliũ, paludium culturæ datum, oſtendant quomodo ars imminuta, planũ faciant ipſa, quã profitentur: experientia rerũ magiſtra deeſſe qui agros colant. Quod quia nequeunt, uaccas neſcio quas fuluas cõmenti ſunt, quarũ paſcuis deſtinata eſſe maxima, & ea quidẽ potiora campoꝝ ſpatia conqueruntur, clamitant idcirco inualeſcere annonã, ꝙ agrorũ cultus deſeratur, pluriſq; ſit apud nos animaliũ q̃ hominum uictus. Scilicet uaccarũ paſcua faciant frugũ inopiam, Pulchrũ ſane atq; egregium cõmentum. Nã cur nunc potiſſimũ annona difficilior ſit: q̃ fuerit his ãnis uiginti, nõ agnoſco. Nulla.n.tot annos ſoli ſterilitas fuit, nulla de cœlo contigit calamitas, ſata omnia ſpem ampliſſimam pollicentur, Deo Optimo Max: utimur benigniore, cum fere nullus Europæ populus non interdum his ãnis eſurierit, nobiſcũ uero multo ſit benignius actũ, quibus ſemper uictus ad ſacietatẽ aderat, & in poſterum ſpes multo uberior ac certior oſtentabatur. Quod ſi uaccæ: in quas iſti annonæ caritatẽ reiiciunt, nullã unq̃ inopiã pepererunt, ne nunc quidẽ ullam peperere inopiã, nec ipſa frumentandi: colendorũq; agrorum ars imminuitur: aut deſeritur: ut iſti mentiuntur: ubi tam ampla tamq; uaſta

ſola terrarum ad cultum aperta: purgataq́ſunt: ut nullus angulus uſq́ reperiatur: quo non colonorum cura, ſtudiumq́ penetrauerit. Nam ſi aucta hominum multitudo (ut aiunt) aucta itidem agricultura: auctus colonorum numerus: aucta: dilatataq́ in immenſum arua: factūq́: ne externo frumento indigeremus. Neſcio quid etiam de fœno admiſcuerint: ac ſi maior ſit paſcendorum equorū q̄ hominum cura: quorum ſane ego non amplius demiror impudentiam: qui nullum unq̄ pudorem nouerunt: & meretriciam quandam frontem ad mendacium afferunt. Quando enim per hoſce uiginti fere annos fœni caritas defuit? Ac ne tūc quidem cum prouentus eſſet uberior: fœnum uilius ueniit. Qud ita? Quia maluerunt fœno: q̄ frumento indigere: maluerunt homines paſcere q̄ iumenta. Nam ſi tantum aruorum legendo fœno datum eſt (ut iſti afferunt) cur non antea fame laboratum eſt? Si abundauimus: cur mentiūtur? ſi mentiuntur: cur fautores habent? Sed uideo. B. P. quam iſti rem agant, non ignoro eorum propoſitum ac benignitatem. Vna enim opera curant, ut frumentum: fœnum, carnes, caſeus, & cætera id genus omnia quam cariſſimo ueneant, ipſi uero harum rerum omnia monopolia inſtituant (ut ſolent) ac ſi liberam habuerint a te poteſtatem: ſolem etiam ipſum faciant nobis præſenti pecunia uenalem. Nam ſi prata coarctentur: unde fœnum? Si uaccæ abigantur, unde carnes? caſeus: butyrum, & huiuſmodi alia? Si omnia aratro ſcindantur: parenturq́ ad ſementem, an propterea paratam frugum ubertatem putes? Sed hac de re poſterius, nūc quid de fœno, carnibuſq́ futurum ſit uideamus. Fœnum iſti annonæ præfecti undiq́ cogent, ut a ſe petatur, uaccas quas abigi curarunt undiq́ mercabuntur: mercabuntur item oues undiq́: ut a ſe uitulina, ouilla, agnina ematur. At quanti obſecro fœnum, quanti carnes, caſeumq́ addicturos putas? Nimirum duplo, aut fortaſſe triplo q̄ nunc amplius. Dices fortaſſe homines ſunt & modeſti & minime cupidi. At ego neſcio q̄ bene populi Romani annona credi his poſſit: quibus nimis ad rapinam anguſtus orbis terrarum uideatur. Nam dum prata aratro proſcindi: uaccas longius abduci iubent: quid aliud curant: q̄ ut fœni, carniumq́ ſimul inopiam inducant? Sane antiquum iſti periti ſſimi prædiatores, uetuſq́ Patriæ inſtitutum non ignorant, Vrbis Romæ prædia trifariam cumprimis diuidi: in paſcua, prata: arua, paſcua ruſticis animalibus, prata urbanis, arua hominibus uictum præbent. Quæ omnia ſi q̄ ſapienter diſtributa, tam diligenter conſeruentur, parata ſemper ſint ad uictum hominū ac reliquorum animalium abunde omnia. undecunq́ quid dempſeris, turbabis, eiuſq́ rei inopiam induces quā imminueris. nihil dēpſeris,

ris:nihil deſideres.Itaq B.P.horum iſta tam curioſa diligentia,tamq popularis miſericordia maxima(niſi tu caueris)rerum inopiam pari tura eſt:quam tandiu parturit.In altero capite habetur,ut unicuiq: ubicunq & quæcunq uelit prædia ingredi:exarare:ſerere pro cuiuſ q delectu atq arbitrio liceat:Domini prohibere non poſſint: niſi ſi ipſi colere uoluerint.Hactenus B.P.quis impudens audacia: tamẽ to leranda,dandum eſt.n.aliquid temeritati,hactenus obſequentes do/ minos habent:non repugnant.Quis illud ferat:quod paulo poſt ſe/ quitur?ut coloni prædia gratis occupare:gratis boum paſcua delige re poſſint:nihil ex quibuſuis prædiis Dominis debeatur: pter quin/ tam:aut ſeptimam:aut decimam?An nõ ſic dominia prædiorum ſi ne contractu trãſferuntur?An non noui Domini ſine uenditione cõ ſtituuntur?An non gratis alter:me inuito:meũ habebit?Immo uero an non hæc plane tyrannis eſt?Et omnino illud quod eſt apud poe/ tam neſcio quem: quod nunq̃ ueriti ſumus:ut poſſeſſor agelli dice/ ret:hæc mea ſunt:ueteres migrate coloni.Nam quis prohibebit ſi le gis patrocinio utantur:cum ne ſic quidẽ ſine lege coerceri poſſint: quominus abſtineant ab eccleſiæ bonis impuras manus?Quid futu/ rum ſit haud longi temporis decurſu nemo nõ uidet:ut ne ipſæ qui dem decimæ perſoluantur?At gratis occupari prædia: gratis deligi paſcua boum:uolunt licere ex lege . Quæro quo iure: quo more: quo exemplo iſtuc?An fortaſſe id Syxtus aut Iulius excogitarunt?Sa ne nunq̃ ubertatem illi non prædam quærebant. Populus ne id per/ ſuaſit:aut populi iuſſu decretum?Ne id quidem:niſi ſi forte quod po puli nomine actum eſt : inconſulto:atq inſciente populo:id popu/ lum iuſſiſſe contendant. Non enim id a populo fieri exiſtimandum eſt:quod populi expilatores ac plane hoſtes decreuerint. At fortaſſe tuentur id iure:quonam obſecro? Non naturæ: quæ uim omnem odit:non gentium:quod a natura non abhorret:non ciuili:quod ra pinæ atq iniuriæ propulſandæ tanq̃ tormentum opponitur. Quod igitur ius aliud reliquum ſit:non uideo:niſi ſi quod quiſq uelit im/ purus:ſceleſtus:ganeo:decoctor:idipſum licere arbitrentur. Hoc ip/ ſum ſecum iampridem agitarunt:hoc ſunt ſemper moliti: ſemper rebus eccleſiarum inhiarunt:ut ſuis:& in omnibus cõgreſſibus ac ſta/ tionibus tam frequentes ſunt:q̃ nefarii illi ſermones: cur presbyteri hominum genus ignauiſſimum agris:quos maiores noſtri poſſede/ runt:impune tandiu potiantur:nos egeamus:iaceamuſq ſemper:ne q noſtram dignitatem tueri poſſimus? At ſi hoc iſti iure utuntur.B. P.a te quoq imperium repetituros ſuſpicor:ſiquidem his tantum li/ ceat:poſſintq quantum audẽt.Nam illis ad facinus uires:nõ animus

deeſt. Sed quid mirum, ita ſolent qui decoxerunt, cũ rem ſuam, aut
alea perdiderunt, aut luxu prodegerunt, aut nequitia diſſipauerunt,
alienæ inuident, ac rapinã, prædamq̃ meditantur. Et quoniam præ
clari iſti ſuſurrones multa auribus admurmurarunt tuis mendacia, &
oppleuerunt deliris quibuſdam, falſiſq̃ imaginibus, eoꝝ queſo uani-
tem, auiditatemq̃ cognoſce. Eccleſiarum, Cœnobiorum, Xenodo-
chiorumq̃ prædia, quaſi ad prædam exponi omniũ uolunt, ut cuicũ
q̃ arare, ac ſerere uolenti liceat etiã inuitis dominis aratra inferre &
colere, dandãq̃ non a dominis, ſed a ſeipſis arua ingrediendi, arãdi,
deligendorũq̃ paſcuorum poteſtatẽ. Quã quidem poteſtatẽ uenalẽ
ipſi paſſim habent, qui gratis arari: coliq̃ eccleſiarũ agros uolunt. Nã
cum grandem pecuniam a quibuſdã accepiſſent, ſpẽq̃ eis dediſſent,
ſe curaturos, ut agros haud longe a Nemorenſi oppido ingredi, atq̃
aratro proſcindere liceret, quos delegerant, ſua illi opinione fruſtra-
ti, conqueri palam cœpere, ſe triumuiris agris diuidendis pecuniam
numeraſſe, indignum facinus, ſic appenſa pecunia deludi colonos.
Hem tibi homines. B.P. quibus mãdes: ſiquid recte curatũ uelis, Hem
egregios annonæ præfectos, qui eccleſias gratis ſpoliandas cenſent,
ut quæ eccleſiis extorſerint, ipſi præſenti pecunia uendãt. Hinc illæ
lachrymæ, hinc illa miſericordia, cũ populi calamitatẽ deplorant, to
tum enim hi carmen ſibi intus canunt. Non ſum neſcius neminẽ am
bigere, qui nam illi ſint quos pietas adegerit eccleſiæ bona ſine pro-
ſcriptione uendere, Tantũ.n.facinus ab ipſis præfectis cõſcribendæ
legi patribus, quos iſti urgere, uexareq̃ ac mendaciis circumuenire
nõ deſiſtebãt, manaſſe nefas eſt credere: qui tuẽdæ rei eccleſiaſticæ,
nõ euertẽdæ ſtudẽt: qui nullis hoꝝ adduci precibus potuerũt: ut im-
pudentiſſima edicta: interdictaq̃ eoꝝ nomine per apparitorẽ denũ
ciarẽtur: nefas a Iacobo Phrygepane manaſſe: uiro nobilitate: prudẽ
tia: probitate ſingulari: in quo uno ueterẽ ſimplicitatis memoriã: &
publici parentis amorẽ: charitatẽq̃ agnoſcas: qui hoꝝ ſemper eſt &
auiditatẽ & furorẽ deteſtatus: At uero a Iuliano facinus manaſſe: ne-
fas id quidẽ eſt, nõ credere. qui tã modeſtiã, q̃ rem deuorauit: & nihil
prorſus referre arbitratur: unde habeat: modo habeat quippiam: pol-
litq̃ aliena abuti: cum rem perdiderit ſuam. qui ad rapinam utitur
egregiis diſcipulis pene ſe ipſo nequioribus: Iacobo Rucellario: &
Iulio Albertonio. Quorum alter ſane bellus homo & elegans: cuius
de facie truculenta ac cicatricoſa mores depræhendas. Alter capillo
intonſo, ſuperciliis prominẽtibus: barba promiſſa: toga laxiore: pro
be ad fallaciam inſtructus: uterq̃ mirus quærendarum, extorquenda-
rumq̃ pecuniarum artifex: facile ut Iuliani diſcipulos agnoſcas. Sed

homo acutus & perſpicax Iulianus neſcio quomodo interdum ſtulte ſapit. Nam ne ipſe uideretur legis author, cuius etiam ſeipſum pudebat, & ut inuidiam declinaret, qua permagna ſe laborare intelligebat, noluit inter triumuiros agrorum diuidundorum adſcribi, cum Iacobo Rucellario, & Iulio Albertonio diſcipulis concordiſſimis. Credo ne contra leges antiquiſſimas Liciniam atq; Ebutiam faceret, quibus ab ea curatione ac poteſtate, de qua quis tulerit, & ipſe cumprimis excluditur, qui tulit, & eius etiam collegæ, cognati, & affines ne cuiq̃ eorum ea curatio, poteſtas ue mandetur. Sed cum alterum deuitat legis ſcopulum: in alterum temere incurrit, tacite enim fatetur ſe legis authorem, dum cauet, ne contra legem Triũuir conſcribatur, cum conſcribi diſcipulos & collegas triumuiros iubet, quibus uſus eſt, ea in re, & miniſtris & ſociis, non uidit duos triũuiros uitio a ſe creatos. Vnum eſſe rite duntaxat creatum Iacobum phrygepanem, tam eius diſſimillimum, q̃ ſui ipſius ſemper ac bonorum omnium ſimillimũ, tãq; tenacem iuſtitiæ: probitatiſq; uirum, q̃ ille iniuriæ ac rapinæ ſtudioſus. Sed ſint illi ſui diſcipuli atq; ſatellites rite triumuiri creati, cur uero tantum ſibi arrogent, ut audeant libellos colonis dare, quibus agros aſſignẽt alienos, iniuſſu Patrum huic rei præfectorum? Cur Iacobo Phrygepane collega inſcio? Quia Iuliano utuntur ad eam rem & præceptore & duce. Quod ſi audeat negare; dicat quid illa ſibi ad ueſperam producta cum ſimilibus ſui conſultatio uolebat? Quid illa antelucana concurſatio? Quid impudens irruptio in cubiculum patrum rei frumentariæ curatorum? Quid uecors illa clamatio cum ſeuerius res agi ſua opinione uiderentur? Non poſſunt eius latere conſilia, quæ cum ſibi rem factam promitteret, per fora, per plateas, per ſtationes omnes uulgo ſpargebantur, non obſcure res agebatur, conſtantiſſima iam fama erat: Iulianum omnium prædiorum, & dominum & finitorem fore. Ingens erat ad eum colonorum concurſus, ipſe magnificum ſe faciebat, illi qui hominis auiditatem noſſent pecuniam oſtentare, hominem largitione conciliare. Quid multa. Pecuniam accipit, pollicetur omnibus, Deinde diuidi agros oportere clamitat, colẽdos agros eſſe, populo eſurienti ſubueniendum, nimium ſegniter agi negocium uidebatur, turbat, miſcetq; omnia. Tu uero. B. P. qui & diuinitus creatus & diuino conſilio in rebus gerendis ac præcipue adminiſtranda iuſtitia ueteris, ratus id ſatis mature fieri, quod fiat bene, ſuſpicanſq; in ea tam importuna feſtinatione ſubeſſe aliquid flagitii, cum te negocium cognoſcere, ac diſcutere diligentius uelle dixiſſes, perfregiſti hominis audaciam. Tibi enim dare uerba non

poterit, te prudentem, paratumq; aduerſus huius dolos circunuenire non poterit, fallere non poterit, elabi non poterit, qui iam tenetur. Quo uno reſponſo beaſti populum tuum, reſtituiſti eccleſiæ liberta-tē, & quoddam quaſi ſignum melioris ſpei ſuſtuliſti. Et quoniam ui-deo te. B. P. non fatigari audiēdo, qui ne iuſte quidem, benigne, cle-menterq; cum omnibus agēdo fatigaris, pergam ad reliqua quæ cu-iuſdam belli ciuilis haſtæ, hoſtiliſq; direptionis formam habent. Parū in ſecundo legis capite actum eſſe uidebatur, ubi ingreſſum ad præ-dia, delectumq; paſcuorum gratis liberum eſſe omnibus cōceditur, niſi tertium caput eſſet additum, quo contractus locationum, etiam ad longum tempus reſcinderentur, uidebant oculatiſſimi ad facinus homines parum id procedere poſſe, ſi interim a locatariis poſſide-rentur. Itaq; neceſſariam eſſe contractuum diſſolutionē cenſuerunt, ut tanq̄ uacua & nullius in bonis fieri occupantium liberius poſſent. Quod quid aliud ē obſecro, q̄ proſcriptio, q̄ haſta, q̄ præda? Sed hæc ipſa uel hoſtilis irruptio, uel bella ciuilia pepererunt portenta. Quis unq̄ hæc uidit in pace monſtra? Quis illud ſuſpicari unq̄ potuiſſet: te clementiſſimo, amantiſſimoq; populi tui Principe fore, qui ſibi ec-cleſias expoliādas, populumq; exhauriendum eſſe ac licere impune arbitratur? Marianæ ac Syllanæ. haſtæ: prædæq; hoc inſtar ē, immo uero hoc ipſum grauius multo eſt, ac deteſtabilius q̄ illud malum. Nā q̄uis ſanguinaria illa, efferataq; crudelitas fuit, tamen a rerum diuina-rum direptione abſtinuit, pepercitq; his: qui in partibus nō fuiſſent. At Presbyterorum ordo, genus hominum innocētiſſimum quid de-liquit, aut quod nam tantum in ſe admiſit ſcelus, ut a quo uel hoſtis abſtineat, non abſtineat ciuis? ut cui barbaricus furor parcat: non par cat ciuis? Hoc ipſum eſt more phariſæorum diuidere inter ſe ueſtem Chriſti, hoc eſt talis ſortiri ueſtem Chriſti, quin hoc ipſum plane eſt ſpoliare Chriſtum, atq; in crucem tollere. Ideo ne Chriſtus uictimam ſe abolendis noſtris ſceleribus obtulit, ut trium uirorum auaritiā ne-q; ſuo ipſius ſupplicio expleret, neq; ſatiaret ſanguine? At uide q̄ ma-gnum ſit inter maiorum noſtrorum benignitatem ac triumuirorū auaritiam interuallum. Illi enim certatim Chriſti eccleſiam ornabāt, iſti certatim diripiunt. Illi omni benignitate proſequebātur, iſti om-ni ſtudio conantur euertere. Illi eccleſiis bona ſua largiebantur, ut in cœlo theſauros conderent, iſti eccleſiarum bona prædæ in morem abigere pro ſacrificio habent, qui ſolam habent pro cœlo ac Deo ar-cam, quam modo expleant, pium, ſanctumq; arbitrantur uel Chriſtū ſpoliare, quem ſi nanciſci poſſent, etiam Cruci affigerent opinor, quem tam auide lacerant. Qui illum eſſe nuſq̄ credunt, quem nuſq̄

uident. Non enim ille cognoſci, aut intelligi a ſacrilegis, ſceleſtis, im piis poteſt. Sed eſto nullum ſit in diripiẽdis eccleſiis peccatum, quo nullũ eſſe ſceleroſius poteſt. Vbi libertas quæ eſt huius urbis propria? Vbi concordia fundamentum Reipu? Vbi æquitas ac fides ſine qui/bus omnis iuſtitia collabaſcit? Detur etiam iſtis, quod tam ſtulte q̃ im probe comminiſcuntur, quæ nunc ab eccleſiis poſſidẽtur duobus & ultra abhinc millibus annorum fuiſſe maiorum ſuorum. ergo ne hæc ideo ut ſua uindicabunt? Ergo licebit his ſpoliare tam antiquos poſ/ſeſſores, ubi gentium hoc ius uſurpatur, niſi aut in ultima barbaria, aut in ciuilibus odiis: aut in ſæuiſſima tyrannide? Ferunt Aratum Sycionium pulſis tyrannis Patriam in libertatem aſſeruiſſe: ortãq; haud ita multo poſt de recipiendis poſſeſſionibus: prædiiſq; inter domi/nos poſſeſſoreſq; contentionem magno conſilio ac prudẽtia ſedaſ/ſe. Poſſeſſores quinquaginta annorum poſſeſſionem tam longi tem poris uſu tuebantur: qui ſpoliati per tyrannidem fuerant: auita bona: patriumq; ius repetebant. Videbat Patriam tyrannide liberatam ci/uili bello perituram: nam neq; tam diuturnos poſſeſſores ſpoliari: nec ſpoliatos non reſtitui: æquum cenſebat. Quid igitur faceret? In/ducias ab utriſq; impetrat, tantiſper dum redeat. Nauigat interim in Aegyptũ ad Ptolæmeũ: cũ quo ſibi magna neceſſitudo intercede/bat: magnã ab eo pecuniæ uim accipit: deinde ita ſibi cũ utriſq; con uenit: ut qui pecuniã malit poſſeſſionẽ cederet, ſi malit alter poſſeſ/ſionẽ, alter pecuniã acciperet. Quo factũ: ut neq; Dominis neq; poſ/ſeſſoribus ullus eſſet quærẽdi locus: & una cũ libertate pacẽ etiã ciui/bus ſuis: ac tranquillitatẽ reſtituerit. Ergo ille non putauit eripi iure poſſe quinquaginta ãnoꝝ poſſeſſoribus alienũ. Triumuiri aut ex do natione: aut emptione: aut multoꝝ ſæculorũ uſu propriũ eripiant? Ille ſibi ut pacem ſereret, reuocaretq; concordiã tantũ laboris & iti/neris obeundũ putauit, triumuiri bella ciuilia ultro inducant, ſerãtq; in urbe diſcordiã, Reipu. perniciẽ ac peſtẽ? Callidũ ſane diſſoluẽdo æri alieno, quod multũ conflarũt cõmentũ, non audent nouas tabu/las flagitare, ne fœneratoꝝ collegiũ: ex quo ordine ipſi ſunt, lædatur. Nouæ. n. tabulæ tãetſi contra ius faſq; comparatæ: tamen ad populi ære alieno laborãtis ſubſidiũ admittebantur. At miſeret oppreſſi fa/me populi: nõ obærati. At iſtuc ipſum B. P. operæpretiũ eſt audire, q̃ miſericordes homines famelici populi miſereat. Nã hi quidem qui populares uideri uolunt ac miſericordes, neſcio q̃ populares ſint ac miſericordes: qui frumentũ ſane multũ populo oſtentant, quo neuti q̃ uti queat, ſed i magna frugũ ubertate, tãq̃ Tãtalus eſuriat. Sed quid tandẽ iſti annonæ curatores afferũt ad conſtituendã annonæ facili/

tatem? Colentur aiunt arua paſſim: late undiq; aratra inferẽtur: ubiq;
tellus ſeretur: ubiq; ſata: ubiq; meſſis: ubiq; fruges: horrea non capiẽt
frumenta. Ego uero ab his hoc ipſum quæro: cui nã tantũ frumẽti cõ
paretur? Nimirũ populo dicẽt cõparari: populo cõſuli, ne eſuriat. Im
mo uero, ut eccleſiæ bona ad prædã exponãtur: ipſi occupent: ut an/
nonã augeãt: ipſi frumentũ uendãt: ut populi marſupia exhauriant:
ſua diſtendãt. Nã quæ eſſe poteſt tãta frumẽti copia: quã nõ cõtinuo
inopia conſequatur? Siquidẽ illud tertiũ ſceleratæ legis caput extet:
quo grauiſſima annona i ſempiternũ æuũ firmatur? Nã ſi minus duo
deuiginti Iuliis ſinguli frumenti modii ueneãt, ius eſſe negociatori/
bus frumẽtariis uolũt hinc alias in regiones aſportarę ad quæſtũ fru/
ges. Lege tu, ne inficiari audeant, ut ſolent. LEGIS CAPVT. Ce
do mihi hãc ubertatẽ quam iſti profitentur: ubi ea eſt obſecro? In fru
menti ne pretio: an in frumenti copia? Atqui utroq; modo penuria
infertur. Quãdo enim ſpes ſit frumẽti pretiũ infra duodeuiginti Iu/
lios fore etiã in maxima ubertate: ſi lege ſanciatur ius eſſe aſportãdi:
quoties minoris uendatur? Quãdo nõ in immenſum auctũ iri credẽ
dũ ſit: ubi exhauſta urbs fuerit frugibus aſportatis? Eadẽ enim frumẽ
ti eſt, quæ belli ratio: nã ubi uel exiguus belli rumor increbreſcit con
tinuo agricultura: mercatura: uectigalia deſerũtur: & interdũ plus aſ/
fert belli metus detrimẽti q̃ bellũ: itidẽ cũ eſt iniecta auehendi frumẽ
ti ſuſpitio, tãetſi nihil exportetur: tamen omniũ animi expectatione
quadã erigũtur: ſuſpicãturq; neſcio quid calamitatis. Vnde extẽplo
per ſe fiunt frumẽta multo cariora. Quod ſi ſine cauſa interdum hoc
uſu uenit: quid futurũ putas: cũ fruges trãſmittere lege ius erit? Tum
mercatores penes quos erit totius frumenti ſumma: qui nihil prius
aut potius habent q̃ lucrũ & ante factã ſibi extrahendoꝝ frumentoꝝ
poteſtatẽ iniecta maioris lucri ſpe: ut carius alibi uendãt: aut hic uen/
dere recuſabantur: aut ſi uendãt: nõ niſi precario & magno uendant:
& poſtq̃ partẽ maiorẽ aſportarint: ut nihil ultro caritas inualeſcat (ut
ſolet) ipſi oblatã bene gerendæ rei occaſionẽ arripient: quãto maxi
mo poterũt pretio reliquas fruges addicẽt. Præterea ſint omnia hor
rea frugibus referta: omnia fora frugibus ſcateãt: nunq̃ tamen deerit
in tãta copia: inopia atq; calamitas: parũq; proderit ubertas: ubi mali
gnitas & auaritia dominabitur. Erit enim frumentarioꝝ negociato/
rũ in manu ſitũ facilẽ ne: an difficilẽ annonã uelint: ſi quoties fruges
minoris duodeuiginti Iuliis diſtrahãtur: auehere alias in oras liceat.
Nã quãdo obſecro id erit, ut hos populi miſereat? ſcilicet miſericor/
diſſimũ eſt id hominum genus: qui inſtructi ſunt probe omnes ſem/
per ad fallaciã & periuriis potius q̃ miſericordia rẽ gerunt. Inmo ſi

forte ut fit: ſponte ſua fruges minoris ſteterint: haud dubie ad aſpor/
tationē ſpectabunt: extēplo pretia inualeſcēt: ſed ſit quātumuis ma/
gnus frugū prouentus: is tamē haud ſane multū a ſterilitate diſtabit.
Nā perinde eſt uti nō poſſe, quibus abundes, ac ſi egeas. Quid ei pro
ſunt cōditæ abunde fruges, qui fame pereat? Nimirū idē eſſe opinor
emere frumentū nō poſſe, quod nemo det: ac ſi nuſq̄ ſit quod emas.
At iſti annonæ curatores egregiā illam frugū rationē inierunt: ut in
maxima frugū ubertate plus populus eſuriat, q̄ in frugum inopia eſuri
ent. Quando enim his totis annis uiginti frumenti modius non in/
tra quindecim iulios ſtetit? Cur iſti maxima in copia penuriā medi/
tantur: ut carius ematur? Leuius multo eſt quod natura fert ſterilita/
tis malū: q̄ quod hominū malignitate & auaritia importatur. Illa.n.
ipſius eſt naturæ ac Dei: hæc uero tyrannidis. At ſuperiorum Pōtificū,
eorūq; ſapientiſſimorum hominū: ut prudentia: ita etiā annonæ ſtudiū
ſane ingens fuit: qui leuandæ annonæ cauſa tertiā frumentorum Tar/
quiniēſium, Colliſq; alti partem ex fœdere in urbem aduehi curarūt,
quoties ſpectare ad annonæ difficultatem res uidebatur: ex quo ſem
per parata inſtructaq; ſunt in famē præſidia. Nā ſi interdum anni pro
uentus deterior fuerit: deſintq; domi frumenta: foris importantur:
tamq; cōmode ad ubertatē populo cōſultum eſt: ut niſi de induſtria:
ac frumentariorum negociatorum arte frumenta trāſportentur: nulla eſſe
unq̄ hac in urbe frugū caritas queat. Tū autem maiores noſtri undiq;
huc frumenta importari: nō hinc exportari uoluerunt. Ex agro enim
Cāpano: Siculoq; perpetuis quibuſdam populi Romani horreis fru
ges huc aduectabātur. Si uero fortaſſe minor fuiſſet Italiæ fœcundi/
tas: Africa: Aegyptuſq; populi Romani famē leuabant: tanta erat ue/
terū propulſandæ famis & alendi populi cura. Quod ſi illi ab ultimis
etiā terris per tot maria huc importari fruges uoluerūt: tu quod hic
Dei benignitate prouenit, alio tranſuehi patieris? ut urbs Roma ſit
aliis ciuitatibus fœcūda: ſibi uero ſterilis? Alii noſtra ubertate fruan/
tur: hic eſuriatur? Alii noſtra uota intercipiant: nos egeamus? Quid
animi huic populo futurū putas, cū ſuas ſpes auehi ſpectabit? Cū pene
ex ore cibū rapi uidebit? Leuius ſane multo malū mors & ipſa etiam
morte grauior ſeruitus eſt, q̄ fames, quippe cū mors una & ſenſum &
famē extinguat & in ſeruitute inſit libertatis ſpes: At in fame omnes
ſimul cruciatus adſunt: lenta mors: cumulata malis omnibus miſeria,
ſumma deſperātio: ingēs mortis deſideriū. Magnū profecto ueterū
propulſandæ famis ſtudium fuit: tyrannidis uero ac Regni multo id
quidē maius. Sp.n. Melium diuitē ſane hominē ac popularem iure
cæſum uideri iudicarunt, quod in magna fame coemptum ſuo ære

frumentum plebi diuiſiſſet: inieciſſetq; ea re affectati regni ſuſpicio/nem. Illi imaginariã quandã incertãq; ſuſpitionem non tulerunt, tu feres hoꝝ manifeſtam, acerbiſſimãq; tyrannidẽ? Illi eum qui populo Romano benigne feciſſet non tulerunt: tu feres populi Romani car nificesr Illi patronũ parentẽq; populi nõ tulerunt: tu feres hoſtes pau perum: hoſtes populi: hoſtes fidei: hoſtes religionis? Itaq; tu te tecũ diligenter conſideres oportet, an quos annonæ præfeceris cum hac tanta tãq; inuſitata poteſtate conſtitui tyrannos uelis: Nã iſti ſunt ty/rannidis potius q̃ annonæ curatores: quorum quidem a te reprimen da, non fouenda audacia eſt: ne ſi pro ſua libidine debacchari ſinas, tam alte radices defigant: ut cum extirpare uelis, auellere nequeas. An his populi ſalutem credas: qui cum decoxiſſent, teſſeramq; apud omnes confregiſſent: & eorum fides paſſim collabaſceret: primi le/gibus interdicta monopolia rerum omnium uſurparunt? ſcilicet ut eos populi mifereret. An his etiã eccleſiarũ bona credas, qui ſua per diderunt: meliuſq; rem eccleſiarũ curaturos putes, q̃ curarunt ſuam, qui decoxerunt? Quas illi bone Deus tragœdias agitarent? q̃ atrocẽ intolerandãq; tyrannidem exercerent? Vereor. B. P. ne ſi tantã hoꝝ nequitiæ atq; auiditati feneſtram pateſeceris: quid tibi poſt hac reli/quum futurum ſit fruſtra requiras. Sic Boemorum hæreſis inualuit, qui malunt Chriſti trãsfugas atq; hæreticos agere, q̃ quæ per iniuriã bona occuparunt, per æquitatẽ reſtituere, adeo magno atq; inexo/rabili in preſbyteros odio feruntur. Quid aliud Martinus Lutherus molitur, niſi ut quæ eccleſiarum ſunt, in priuatorum uſus cedant? Quo nihil eſſe optabilius quicq̃ poteſt his: quos improbitas ad faci/nus, deſidia ad egeſtatem perduxit. Facile enim alieno abutitur, qui nihil habet. Quantam hæc illi lex authoritatem ac gratiam popula/rem pareret, ſi tam nefarius eius conatus a te quoq; confirmatus le/ge fuerit, ut benigne cum eccleſiis & iure feciſſe uideatur. Quid Tur ca (quod Deus omen auertat) aliud interminatur, q̃ ut eccleſias ſpo/liet? Quid præterea ut nulla alia uis cogat, ſiquidem hanc tu legem admiſeris, facturos omnes putes ubiq; terrarum, qua Chriſtianus orbis patet, niſi ut tuæ legis exemplo utantur? qui nihilo ſecius ad ſe q̃ ad ciues Romanos pertinere exiſtimabunt. Nã hanc tu legem aut æquam eſſe aut iniquam ſtatuas oportet, ſi æquam cur non tam bo/næ legis æquitatem exemplumq; ſequantur? Si iniquam oblãtam ſibi tam uberem tamq; expetitam augendæ rei occaſionem diſſi/mulaturos arbitreris? Magna ſpe erecta eſt Italia, magna Gallia, ma/gna Hiſpania, magna uniuerſus orbis Chriſtianus, huiuſce legis euen tũ omnes præſtolãtur, qua quaſi ſignũ aliquod eccleſiaſticæ prædæ

propoſitum eſſe arbitratur, ſuũ ſibi quiſq; elegit, deſignauitq; animo locũ quẽ inuadat, ſiquidem occupantiũ futura ſunt eccleſiarũ bona. An non exiſtimes optatiſſimæ legis beneficio uſuros, qui iampridẽ ad hoc per ſe animati paratiq; fuerunt? Aut cur ſi Romæ per tuã legẽ liceat, non licebit in prouinciis? Quæ uis prohibere poterit pro quibus lex a te promulgata pro muro ſteterit? Nã ſi anteq̃ quicq̃ ex lege liceat: omnia ſibi putãt licere, quid ſi ex lege tantillũ licuerit: facturos credas? Scio quid ad hæc ſint arguti homines allaturi, qui manifeſto iã tenẽtur, nullaſq; habẽt alias quo cõfugiant latebras: niſi exẽpla maiorũ. Dicent ueterẽ eſſe, uſitatãq; legem, & a ſapiẽtiſſimis Pontificibus Syxto, Julioq; ſæpe promulgatã. Fateor, ſed illi populi ubertatẽ, nõ famẽ quærebant, Illi eccleſias fouere, nõ ſpoliare nitebantur, Illi libertatẽ uolebant, nõ tyrãnidem: cõſulere illi populo Romano importãdis huc undiq;, nõ hinc alias in regiones ac prouincias exportãdis frugibus ſtudebãt. Qui quidẽ ſapiẽtiſſimi pontifices ubi negotiatorũ aratorũq; malignitatẽ ac fraudem: quã legi faciebãt: depræhenderũt, quã ipſi bona fide tulerãt, eandẽ unius diei legẽ eſſe non ultra uoluerũt. Quos quid facturos fuiſſe exiſtimes in tã manifeſtaria huius legis fraude, qua, & populi ſalus proditur, & eccleſiaſticæ libertatis immunitas cõculcatur, cũ ob leuiſſimã cuiuſpiã doli ſuſpitionem legem eſſe plane nullã uoluerint? Sed demus iſtis Syxti, Iuliiq; legẽ, demus etiã hãc ipſam quã impugnamus, modo nõ ſit eis ulla aſportandarũ frugũ poteſtas, ac nullũ frugum ſit certũ præfinitũq; pretium, Videbis extẽplo omniũ animos collabaſcere, omniũ impetus refrigeſcet, nemo aratrũ inferet. Quid ita? Omnis.n. ſpes prædæ decollabit, ſi aſportandarũ frugũ ius tollatur, aut ſi pretiũ incertũ, nulla erit amplius eoꝝ miſericordia: cũ hanc ipſam ſibi obſtructã ad rapinã uiã uidebũt. Populares eſſe deſinent, cũ expilandi populi occaſio fuerit intercepta: deſinent faceſſere eccleſiis negociũ, ubi lucrũ inde amplius non allubeſcet: uidebis factos repente religioſos: qui nullũ unq̃ Deũ nouerũt præter lucrũ: cui quo iure: quaue iniuria ſemper inſidiãtur. Quamobrẽ. B.P. tibi omni ope curaq; adnitendũ eſt: ne tuas eccleſias populũq; tuũ his expilandũ dedas: qui ne belli quidẽ ciuilis rapinis ac proſcriptionibus expleri ſatiariq; poſſent. Prohibe hos a tuis ſeptis lupos: abige hos a tuis aluearibus ignauos fucos: ne depaſcãtur alioꝝ labores. Maioꝝ noſtrorũ ſapientiſſimoꝝ uirorũ: clariſſimorũq; Pontificũ inſtitutis inſiſte: & eorũ æmulare prudentiã: qui tondere ſuũ ipſi pecus, non deglubendũ aliis tradere uoluerunt. Syxtus enim ac Iulius tã diligentiſſimi ſuarũ ouiũ paſtores: q̃ uigilantiſſimi eccleſiaſticæ libertatis cuſtodes: ita quidẽ legem Agrariã promulgarunt.

quatenus ea in populi utilitaté cederet:nec parũ ſua ipſoꝵ ex dignita te:maieſtateq́ꝫ ſunt arbitrati mutare ſententiã,ut antiquãdã eſſe legẽ agrariã cenſerent:quando ea lege prodi popularibus eccleſiæ liber/ taté,prodi populi ſaluté depræhenderunt. Nã ſi C.Lelius legẽ agra/ riam laturus,ſimul ac uidit quantũ ea re incendiũ in Repu.excitaret, in re populi eq́ꝫ Repu.ac ſuæ ipſius prudẽtiæ eſſe maxime iudicauit, a promulganda lege agraria deſiſtere:unde quod pauci meruerunt: ſapiens eſt appellatus.Cur nõ Syxtus,Iuliuſq́ꝫ idẽ cognomen meritiſ/ ſimo ſuo mereãtur,qui ſuas ipſi quas iſtiuſmodi authorũ ſuaſu ac frau de pepererãt leges eiecerũt:& quaſi adulterinũ partum ablegãdum, exponendumq́ꝫ cenſuerunt? Cur non etiã Tu.B.P. idipſum eodem nomine affectes: nomen quod multo antea multis aliis nominibus meruiſti? quis enim in tuis omnibus actionibus nõ modo ſapiẽs ſem per:ſed ſapientiſſimus etiã fuiſti. qui rẽ militaré, remq́ꝫ publicã: im/ mo uero totius orbis negocia pari ſemper conſilio ac ſapientia mo/ derabaris: nuperq́ꝫ in maximo tot patrũ inter ſe certantiũ ambitu, at q́ꝫ pugna:egregia illa tua uirtus inuictaq́ꝫ cõſtantia:ac ſingularis pru/ dentia ſummã ad te potiſſimũ rerũ detulerũt:ut uideri poſſis cũ ipſa etiã fortuna diu multũq́ꝫ colluctatus:eius tandẽ opes,uimq́ꝫ cõfregiſ/ ſe,q̃uis in omni re ſapienté te præbuiſti.Tamen erũt qui in his fortu/ næ nõnihil aſcribendũ putent:eaq́ꝫ dicũt fortunati potius fuiſſe q̃ ſa/ pientis.At uero aſſerere eccleſias: prohibere populi calamitaté: pro pulſare cõmuné iniuriã cum poſſis,ita eſt ſapientis,ut ne boni quidẽ uiri nomen retinere poſſit,qui negligat.Quocirca non debes tu tibi turpe eſſe,arbitrari,legẽ tuo nomine æditã irritã uelle,quæ ſit a te ac moribus tuis longe aliena.Immo uero ita tecũ conſtituere debebis: te iratũ his ſemper fore,qui clementiæ ac Iuſtitiæ tuæ ſplendoré in/ iuſtiſſimæ ac nefariæ legis tenebris obſcurare contendũt,inuidẽtq́ꝫ gloriæ.Quam enim iuſti honeſtiq́ꝫ faciem ullã lex habeat,quæ in ec cleſiaſticam libertaté ac populi ſalutem inimicorum ſuaſu atq́ꝫ con ſilio ſuſcepta decretaq́ꝫ ſit? Quicquid enim parte incõſulta altera cõ ſtituitur:& ſi æquũ id ſit:ut improbari non poſſit:tamen iniuſtũ eſſe legibus placuit.Quod ſi tanta iuſti uis eſt: ut ne iuſtũ quidẽ iuſtũ ha/ beri poſſit,quod præter iudicii formã decernitur: quid cum de alte/ rius iniuria dannoq́ꝫ tractatur? De diripiendis eccleſiarũ bonis:de ex pilando populo:de annonæ difficultate:de conſtituenda tyrãnide: ut ea occaſione paucoꝵ auiditas expleatur:omnium fortunæ exhau riantur? Quis præterea id iuſtum eſſe ac bonũ putet,quod non mo/ do iniuriam:ſed etiam perniciem tã priuatam q̃ communem pariter Nam ſpoliare antiquos,iuſtoſq́ꝫ dominos ac nouos inducere: quid

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

eſt obſecro ſi ea tyrannis non eſt? Eccleſias bonis euertere, quid eſt
aliud q̃ ſacrilegiū? Vbertatem profiteri, ut egeſtatem fameq; afferas,
quid eſt aliud q̃ cōmune paricidium? Quod ſi tyrānos ſacrilegos pa/
ricidas leges gladio ultore proſequuntur, quis hanc legē non explo/
dendam, exibilandāq; iure cenſeat, quæ nihil eſt ſane aliud, q̃ in eccle
ſias populūq; ſceleſtiſſima conſpiratio? Quis non in tā nefariæ legis
authores ſeueriſſime inſurgendū? Quis te non ſimul & clementiſſi/
me & iuſtiſſime facturū arbitretur, ſi tam ipſos authores, q̃ legē Vulca
no cōmendaris. Vnus.n. tu es B.P. ac præterea nemo, qui populū aſ/
ſerere a tā funeſta iniuria poſſis: Qui inopiā quam iſti moliuntur &
famē prohibere, qui eccleſiaſticam libertatē tueri, qui triumuirorum
uim ac tyrannidē opprimere, quod ſi populum uiolari ab his, qui po
puli ſitiunt emunguntq; ſanguinem patiare, qui uerbo ubertatē pro/
mittunt, re uero egeſtatem apportant atq; inopiam, qui eccleſia/
rum fortunis inhiant, ut deuorent, qui ſunt ſemper furta, rapinas,
famem, ſacrilegium, depeculatus, tyrannidem meditati, et qui dum
ſacra profanaq; omnia permiſcent, uiri boni uideri uolunt, qua qui/
dem nulla eſſe iniuſtitia capitalior poteſt, ſi inquam tam inſignem,
tamq; late patentem iniuriā feras, dum poſſis propulſare (patere me
obſecro. B. P. aliquanto liberius loqui) reus eris oppreſſi populi,
profligatæ libertatis, proditæ eccleſiæ, deſertæ patriæ. Idē eſt enim
ac neſcio an maius etiam uitium, interdum non prohibere cum poſ
ſis iniuriam atq; inferre. At uero tuæ uel naturæ & inſtituti uel for/
tunæ uel officii eſt, ut neminem lædi uelis. Es enim & natura & no/
mine clementiſſimus, tum inſtitutus, informatuſq; iam inde a pue
ro ad clementiam, Deinde ita tecum actum eſt diuinitus, collata
in te ſumma rerum omnium poteſtate, ut qui natura inſtitutiſq; ſem
per clemēs iuſtuſq; fueris, poſſis etiam tam clementer, iuſteq; cum
omnibus agere: q̃ iniuſtitiam coercere. Poſtremo munus te tuum
ſemper officii & Iuſtitiæ admonet. Habes enim a natura, ut uelis, a
fortuna ut poſſis, ab officio, ut quod cupis & potes, idem præſtes. Ex
hibe igitur & præſta quod tua & natura & mores pollicētur, quod ex
fortuna potes, quod ex officio debes. Tibi enim dictum eſt uni: Paſce
oues meas, tibi item dictum, tu es Petrus & ſuper hanc petram ædifi/
cabo eccleſiam meam. Vides inſtructos: paratoſq; in tuas oues, hoc
eſt in populum tuum: auidiſſimos lupos. Vides eccleſiæ tua in petra
ſitæ: tuæq; fidei cōmiſſæ certam perniciem parari, uides haud dubiā
tyrannidē inſtitui. Quem appellabit populus ſi tu deſeras? Cuius fidē
imploret eccleſia, ſi tu eccleſiæ fundamentū ac propugnaculū onus
excutias, ac lacerandam dedas? Quis obſiſtet tyrannidi, niſi tu eam

oppreſſeris? Quis famem prohibebit: ſi hæc regio fruges dederit qui bus ueſci nequeat: & fertiliſſimo anni prouentu alienæ nationes fruantur: populus uero Romanus eſuriat? Tu hactenus ſemper & populi & eccleſiæ patronus fuiſti: nunc & paſtor es & pater: atqui pater filios cogit: non diſſipat: Paſtor oues paſcit: non lupis exponit. Hæc uero lex ut nouerca filios tuos abigit: ut lupus oues inſectatur: ut tyrannus omniũ fortunas perdit: quæ ſi admittitur: nihil eſt ullius ſpei reliquũ: niſi ut qui per hoſce multos annos: relicto patrio ſolo Romã uenerunt: tanq̃ ad cõmunẽ quietãq; patriã: coloniã cõmutent: ne cum bellorũ incõmoda uitarint: fame pereant: tum autẽ eccleſia relinquẽda: ferẽdaq; uel Boemoꝝ proſcriptio: uel admittẽdæ Lutheri leges: quarũ hæc ipſa lex confirmare uim poteſtatemq; uidebitur: nec erit amplius Turca eccleſiæ reformidãdus: quã antea ſine bello lex agraria ſpoliauerit. Sed permagnã nobis uox illa tua præclara ſpẽ dedit: qua profeſſus es te rẽ diligenter cogniturũ. Vox nimirũ tã maximo ac iuſtiſſimo q̃ optimo digna Principe. Illa nos ac populũ confirmauit: non tantũ his licere quantũ ſibi hac lege promittebant. Hortatur ad hoc tua te iuſtitia: quã inuiolatã cupis: hortatur eccleſia: cuius augere dignitatẽ ac propagare fines debes: hortatur te maioꝝ exẽpla, qui ne populus Ro. fame laboraret: totũ terrarũ orbẽ horreũ populi Romani eſſe uoluerũt: & tantã tãq; florentẽ tibi eccleſiæ dignitatẽ: opeſq; tradiderunt: ut eſſet qui tueri: & amplificare poſſet: uelletq; illud Petri ſaxũ eccleſiæ fundamentũ tam ſanctum atq; inuiolabile q̃ ſempiternum fore. D I X I.

Fabius Vigil Baptiſtæ Caſalio
Super Re Agraria.

Roma ſuos proprio ut ſeruaret ſanguine fines,
 Innumeros, lethali ære, tulit calamos.
Tu: patrii quo ſeruentur ſine ſanguine fines,
 Vno, eodemq; ſalubri aſſequeris calamo.
Quos igitur tibi dent arcus, quæ ſigna Quirites,
 Qui armis ſueta peti, Pace trophæa refers?

Romæ. M. D. XXIIII.

5